ISIDORUS HISPALENSIS
12. Jh. Seite 71v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift



herculis columnę uisuntur. & unde tirreni maris faucibus
oceani estus immittitur. Est autem actinenti terra centum uiginti
passibus diuisa quam tyrii a rubro profecti mare occupantes in
lingua sua gades. i. sepem nominauerunt. pro eo quod circumsepta sit
mari. Nascitur in ea arbor similis palmę cuius gummi in uectum
uitrum ceraunium gemmam reddit. Fortunatorum insulę uocabulo
suo significant omnia ferre bona quasi felices & beatę fructuum
ubertate sua et suapte apte natura preciosarum poma siluarum parturiunt
fortuitis uitibus iuga colliuum uestiunt. ad herbarum uicem mes
sis et holus uulgo est unde gentilium error & scolarium carmi
na poetarum propter soli fecunditatem easdem esse paradysum putauerunt.
Sitę sunt autem intra oceanum contra leuam mauritanię occiduo proxi
mę & inter se interiecto mari discrete. Gorgodes insulę oceani
obuersę promunctorio quod uocatur esperacerus quas incoluerunt
gorgones feminę aliti pernicitate ueloces hirsuto & aspero
corpore. & ex his insulę cognominatę distant autem actinenti
terra bidui nauigatione. Esperidum insulę uocatę a ciuitate
aspide quę fuit in fine mauritanię. Sunt enim ultra gorgodes
sitę sub athlanteum litus inter intimos maris sinus. in quarum
hortis fingunt fabulę draconem per uigilem aurea mala seruan
tem. Fertur enim ibi mare esse uarium a dicto sinuosis lateribus
tortuosum. ut uisentibus procul lapsos angues imitetur. Crisę &
argirę insulę in indico oceano sitę a dicto fecundę copia me
tallorum ut plerique eas auream superficiem & argenteam habere pro
diderint. unde et uocabula sortitę sunt. Taprobane insula in die
subiacens ad eurum ex quo oceanus indicus incipit. patens
in longitudine octingentis septuaginta quinque milibus pas
suum. in latitudine sexcenta. xx. quinque milia stadiorum
scinditur anni interfluo tota margaritis repleta est & gemmis.